

DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 58

clesiæ præfati monasterij sepultus.

Engelbertus abbas cœnobij Admontēsis: ordinis sancti Benedicti: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis ualde studiosus & eruditus: atq; in sæcularium lraꝝ disciplinis sufficienter instructus: ingenio & eloquio clarus: nec minus conuersatione q̄ scientia reuerendus: nomen suū uaria scribēdo & exponēdo notificauit: & tā uerbo q̄ exēplo ad ædificationē firmi suoz nō infima fecit. Scripsit em̄:

Sermones elegantes: li. j

De uitijs & uirtutib⁹. li. j

Sed & alia nonnulla edidit: quæ ad noticiā meā minime uenerunt.

Petrus presbyter ecclsiæ Trecentis: cognomento comestor siue manducator: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: atq; in sæcularib⁹ litteris egregie doctus: carmine exercitatus & prosa: scripsit utroq; stilo quædam præclara opuscula: quoz auctoritas ab ecclesia longo iam usu cōprobat. Comestor autē siue manducator iccirco dictus est: q; scripturaz auctoritates in suis sermonib⁹ & opusculis crebrius allegādo: quasi in uentrē memoriæ māducarit. Scripsit in cætera ingenij sui uoluntate: in signo op⁹ ad Guilbelmū Senonē archiep̄m oēs libros Bibliæ historiales: & breuiter & utiliter exponēdo qd̄ iam ex usu prænotat. Historia scholastica: li. xx Impatoriæ maiestatis est.

In laudib⁹ sanctæ Mariæ: li. j

Sermones de tempore: li. j

Sermones de sanctis: li. j

Et alia complura. Claruit sub Friderico impatore primo: Anno dñi. M. C. LX.

Petrus dialecticus Parisiensis: dictus abelardus: natione gallus: uir in sæculari p̄bia eruditissimus: & in diuinis scripturis nobiliter doctus: gaudens nouitate terminoz & altiora se scrutari temptans: opressus a gloria plures incidit errores: & agēte sancto abbate Bernardo in Senonensi cōcilio cū prauis doctrinis suis condemnatus. Ab hoc tēpore p̄bia sæcularis sacræ theologiæ sua curiositate inuili cœdare cœpit. Scripsit autē Petrus iste nonnulla opuscula: quib⁹ si errores non miscuisset: utilitati posteritatis p̄fuisse poterant. E quib⁹ extat uolumen dialectica obscuritate subumbratū: multis sentētijs uariū: qd̄ prænotare uoluit.

Theologiam suam: li. j

Scito teipsum: li. j

Et quædā alia. Claruit sub Conrado imperatore tertio: Anno dñi. Mill. C. XL.

Petrus abbas ordinis sancti Benedicti: uir in diuinis scripturis longa exercitatione peritus: & sæculariū lraꝝ nō ignarus: regularis obseruantie cultor indefessus: ut se uerbo & exemplo ouibus christi sibi cōmissis utiliter posset exhibere pastorem: Ferē ad earū utilitatem nonnulla cudisse opuscula: in quib⁹ diues ingenij uena: ornatū cōmendat eloquiū. De quibus extant elegantes:

Sermones ad fratres: li. j

Contra Saracenos: li. j

Cætera quæ composuisse dicē: ad noticiam meā non uenerunt.

Guilhelm⁹ abbas sancti Theoderici & postea ut dicē monach⁹ Clareuallē: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: uita quoq; & sanctitate conuersationis insignis: & ob id eidē singulariter dilectus: edidit non spernendæ lectionis opuscula: De quibus ad meā noticiā pauca puenerūt. Incepit scribere: sed morte præuent⁹ nō p̄fecit:

Uita sancti Bernardi abbatis: li. j

Scriptur⁹ uitæ serui tui.

Speculum fidei: li. j

Aenigma fidei: li. j

Sententiæ fidei: li. j

Ad Theophilū de natura aiæ: li. j